Quelle: http://manuscripta.at/?ID=506
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



uisibilia respiciens. facile arbitrat uisibiles formas in uisibilis
pulcritudinis imagines esse. illi quod in uisibile int in se habet ami
ca quadam similitudine respondentes eas secundum approbationem et affec
tum inuenient. Quod enim in animo est uisibile est. sic ipse animus
uisibilis est. et quia per mentem ipse qui uisibilis est per his que uisibi
lia sunt gaudium et amorem et affectum. et diligit per his quasi simi
lia et amica. et cognata. et prestat eis uoluntarie et exultat in ipsis.
alia autem aspnatur. et odit. et refugit. et longe se facit a illis. amore
et dilectione. et iudicat pegna a se esse. et disconuenientia. et nulla
secum habentia similitudinem atque in hunc modum mentem ex ppa nata
docetur. quomodo uisibilia ad inuisibilia cognationem habent. et simili
tudinem. et quia ipsa uisibilia imagines sunt et simulacra eorum que uisi
biliter uideri non possunt. quo per his intelligunt ea quae uident. quia
secundum aliquod tonum illuc in incommutabili natura inuisibilitate existit.
quod hic uisibiliter et sensibiliter natura mutabilis accepit. ut ad in
uisibilia conducat. Est enim hic spes et forma quae delectat uisum. est et me
lodis iocunditas quod demulcet auditum. et suauitas odoris quae reficit olfac
tum. et dulcedo saporis quae infundit gustum. et lenitas corporum quae fouet. et
blande excipit tactum. Illuc autem spes est uirtutum. et forma iustitia. dulcedo
amor. et odor desiderium. canticum gaudium et exultatio. et tactus
amatum et desideratum. et quietum bonum inuentio. Hec enim omnia ibi sunt et
uera ibi sunt. et habent ad hec quae uera sunt aliquod simile secundum quod intelli
gunt anob. Per his enim mentem animum ad illa cognitionem et imitationem
ascendit. arbitrium uisibiles formas quas uel natura secundum primam dispo
nem indutas ostendit. ut sacrum eloquium dispensatorie ad declaratio
nem faciendam insigcationem proponit. in uisibilis pulcritudinis ima
gines esse. et sensibiles suauitates. id est dulcedines. sensibiles figuras esse
et similitudines in uisibilis distributionis. hoc est dulcedinis quae inui
sibiliter distributum. id est diuisis modis tributum. ut iuxta alii plus. alii
minus accipiat. secundum mensuram et dona gratie largitoris. et similiter in ma
nualis luculentie hoc est spiritalis lucis imagine esse manualia. id est corpalia
lumina. et rursum sacras disciplinas. id est sacras scripturas. discursus hoc

Alibi sic distinguit
animus. pcea quia. i. ye